

SILVO KOPRIVA
Ljubljana

UDK 886.3—1=03.71

VITAE SOL SPLENDIDUS

(IN MEMORIAM THEODORI BORKO)

Párva Gemíla supér collém, en, vícus amóenus:
Súnt vinéta velút pánnicúli viridés.
Dísperse híc illic est insula lucis et umbrae,
Hac prati viridis frondis et arboreae.
Sed mox ob morbós et ob aérumnis ibi vitae
Eius, eheu, risus, delituit pueri.
Ac desiderium flammis accenderat acre
In moestis oculis mente vagante procul.
Visorum somni res ipsa reciderat alas,
Ad solámen eí sérmó liberque fuit.
Exstitit usque liber, vitae sol splendidus ipsi,
Lúcis eí sedes, insula pacis erat.
Et liber eius vulneribus tam balsama grata,
Fomentum placans auxiliúmque animó.
Mólle cor ét tenerúm sicut mimosa modesta,
Quae se tactus vi contrahit atque plicat,
Vél conchýlium, quód lacrimám — genumám tacitúrno in
Désertó maris éx vúlneré fórmát aléns.
Étsi spléndescít miré pállucida gemma,
Sáepe omíssa iacet pulvere sparsa latens.
Atqui spem victóriæ amárae cognitiones
Nón deléverúnt ingenií ingenui.
Ei neque restinxére fidém mundi melioris,
Sic nec amoris spem nec bonitatis item.
Éuropénsia nóbilía árgumenta librorum
In linguám patriám vértit — opús placitum.
Annos per multos se dilargibat opime,
Mentis opes tribuens omnia non tribuit.
Indictae voces sunt ipsi animó remanentes
Sic velut Átlántis ábdita sub pelago.

Slovenice composuit
Gema Hafner

Maribor
Ljubljana
Mense Octobri
MCMLXXXI

In Latinum convertit
Silvo Kopriva

ADNOTATIONES

ad versus In memoriam Theodori Borko

Borko natus est a. 1896 in vico Gomila circiter sex chiliometra ab oppido Ljutomer ad orientem et meridiem versus sita, et quidem non procul a locis Kog et S. Belfenk ad marginem orientalem vitiferae regionis Slovenske gorice. Ultra 60 annos mire strenuus fuit cultus et humanitatis chronographus atque magna varietate et copia in suis studiis. Post II. bellum mundanum moderator fuit in domo editoria 'Cankar' usque ad muneris vacationem. Pro tali industria non semel insignibus laudis et comprobationibus honoratus erat. Primus ac per multos annos praeses fuit Societatis Sloveniae interpretum litterarum elegantiorum nec non aliquot annos eiusdem Societatis praeses h(onoris) c(ausa). Ipse interpret multarum linguarum peritus Italici polyglotti Aloisii Salvini animum studio litterarum Slovenicarum inflammavit, ita ut carmina melica e Slovenico in Italicum sermonem verterit. Anno 1962 editus est liber eius NA RAZPOTJIH ČASA (In temporis compitis). Quae sunt subtiliter perceptae itinerum descriptiones atque considerationes de cultu et humanitate Europae poetice designatae. Anno 1971 editus est liber SREČANJA (OccurSIONES), considerationes iucundae ac suaves in congregiando imprimis cum insignibus artificibus Slovenicis et aliis praestantibus hominibus. Fiat tantum ex hoc libro mentio Colloquii cum Antonio Sovrè, professore et insigni interprete litterarum linguae Graecae et Latinae. Hic Borko firme ad probandum profitetur: Revera in nobis quoque vivit antiquitas. Borko mense Decembri a. 1980 in urbe Ljubljana de vita decessit.

Primljeno 10. nov. 1982.